

insieme col principe di Valacchia, stava Giorgio figliuolo di Mara la figliuola di Lazzaro, la moglie di Vuco, il traditore del Serbico impero. Guerra adunque e civile e fraterna di Serbi e di Turchi. Giorgio fu a' Serbi Turco tre-

Ut procul agnovit, stertentem exsuscitat : O te  
 Terque quaterque malo sopitum hic omine, surge,  
 Surge age : Dimatides ad te venit. Ocioi alis  
 Fulminis ille volans tentoria ad ipsa Selimi  
 Constituit. — Extemplo longis concurritur hastis :  
 Confregere brevi spatio; nec saucius aut hic  
 Hactenus aut ille est. Ab equis descenditur ampla  
 In campi spatia : enses distrinxere recurvos ;  
 Jamque tenus capulo ambobus (sic aspera pugna est)  
 Dissiliunt. Alterna illi tum brachia jactant  
 Luctantes. Primo a mane ad medium usque feroce  
 Conseruere diem : spumae circum ora fluebant  
 Albae Dimatidi, albae sanguineaeque Selimo.  
 Hic rabido tunc ore minax sic intonat : Heus tu  
 Quid, canis hic infida, sedes? succurre vel isti,  
 Vel mihi . . . . .

. . . . . Fragmen feriit; sed vulnere ab ipso  
 Noscitur, imbellis quod foemina vulneris auctor.  
 Fragmine mox alio retro illi subligar ausa  
 Scindere. Ad haec pudor immanes superaddidit iras  
 Dimatidi; et jam sternit humi, jugulatque Selimum,  
 Non secus ac pecudem imbellem. Cum talia vidit,  
 In nemus obscurum mulier scelerata refugit.  
 Ille sibi astringens firmo femoralia nexu,  
 Cursu urget celeri profugam, assequiturque volucri  
 Vectus equo; post terga locat, circumque tenaci  
 Ter zona illi artus valide alligat, ipseque nodis  
 Baitheus e corio adjicitur. Sic dicit ad aedes  
 Topliadis, linquitque ipsa, qua eduxit, in aula.

Ut socrus generi egregium, sponsaeque pudendum  
 Agnovit facinus, natam quae junior aevo  
 Illi aliam, formaque dedit superante priorem.  
 Hanc ille accipiens in sponsam, ad patria tendit  
 Tecta hilaris, palmamque ferens . . . . .

Giugo Bogdano, generale di Stefano Dusciano, governò la provincia ch' è  
 lungo l' Assio, il moderno Vardari: *viro bono* lo dice un documento del tempo,  
*et rei militaris perito.*